

Comunes.

~~110~~

Comunes de Aragón

2

N.º 10

Beneficia omnia, & iura patronatus ecclesiarum quas
in Sarracenorum terris reges Aragonum, & principes
sui regni adquisierunt sunt eorum, una cum omnibus
decimis, & primitiis vigore presentis privilegii
pape Urbani . . .

P 1535/1

Sala IV-201-3

URBANUS EPS SER-

uus seruatorum dei, Petro hmo sibi in Xpo filio Hispaniarum
regi excellentissimo, eiusque successoribus rite substituendis
in perpetuum. Tuae dilectissime filii deuotionis affectum
per venerabilem fratrem nostrum Anymicum, Pinnatenfis
monasterii abbatem, accepit litteris circa sacrosanctam
Romanam ecclesiam agnitiuam, letitia hanc modica,
meus exultatus est animus: sed ut verum fatear, eisdem
perlectis, me perturbacionisq; nimie commotione immutatus,
nec immerito, ex earum namq; initio dilectionis, & reue-
rentis, quam erga sanctam Romanam ecclesiam semper
habuisti, & habes, magnitudinem cognoui, quomodo in
ea confidas, quod deuote, & fideliter anima tua saluatio-
nem eius orationibus committas, adueri. Ex sane uero
earundem tantam rerum conieci abusionem, que menti
meae longe a statu suo dimota, maiorem, quam credi possit,
immitteret stuporem: te scilicet pro bonorum numero-
sitate, malorum multiplicatam perferre, & perturbata
prosperitate tribulationum in innocentiam tuam cateruas,
unde auxilia, & consilia precipue procedere deberent
irruere. Siquidem cum inter modernos regnorum re-
tores, quorum plerisque animarum suarum negligentes,
vel penitus oblitos, ut pote ab omni equitatis itinere
deuios planarum ad mortem dicentis sequi ingemis-
simus, te fere solum diuino afflatu spiritu, angustias ad
vitam ducentes elegisse uideamus, cum iusticie rigori


constanter infestare, ecclesiarum tranquillitati, & paci
 studiose inuigilare, pupillorum & orphanorum defensionem
 iugem operam dare, paganae genti depreffioni, & coar-
 tationi: Christianae vero exaltationi, & amplificationi
 cum summa incessanter strenuitate insudare, & ut
 breuiter concludam cum totius mali propulsione, totiusq;
 boni exercitio efficaciter incumbere, gaudeamus. Ipsi
 tamen, qui ex tam pretiosorum fructuum gremio vicinam
 agnoscetes arborem officiosius venerari, ac excolere
 deberent, tui felicitet regni antistites, quibus pro assidua
 experientia tantorum meritorum tua specialius vena-
 tionem, tuisq; obsequiis esset instendum, in te, ut pra-
 taxatarum litterarum pandit series insurgunt. Et
 quia humili deo conformatum, patientiae clipeum
 nolite abicere vident, tanq; erectus contra te calca-
 neis, tuam deprimere, & concundere mansuetudinem
 non erubescunt: veruntamen, ne illorum temeritatem
 soli tibi tantarum iniuriarum dedecus arbitris in-
 ferre, aduertit potest prudentia, eos non minus in apli-
 cam autem peccare, dum ea, quae predecessor meus Ale-
 xander euadit secundus, & mea post illum paruitas
 tui patris celebri memoriae regis Sancii rationabiliter
 concessa, petitioni singulari suis ratiocinationibus in
 irritum conantur reducere, casso nitentes labore
 nodum in circo inuenire. Sed ne verbis diutius in mo-
 remur his, ad eorum causas demonstrandas, quae constitutum

1208 922 1650

sumus, premissis, ad rem veniamus. Quoniam igitur
 praedictorum episcoporum tantum videmus indiscretio-
 nem, & tam nullam dispensationis recogitationem,
 quae iam pridem, ut superius diximus, concessa sunt,
 modo praesentis privilegii munimine firmantes ex au-
 the omnipotentis Dei patris, & filii, & spūs sancti
 & beatae Mariae semper virginis, beatorumq; apostolorum
 Petri, & Pauli, necnon, & sacrosanctae Romanae eccle-
 siae, & ad ultimum nostrae diuinitas concessa partici-
 patia, statuimus, tibi herede filii Petri, tuiq; regni suc-
 cessorum ex genere tuo vice substituendorum, iuris esse,
 ut ecclesias villarum tam eorum, quas in Saracenorum
 terris capere potueritis, q; earum, quas ipsi in regno
 vestro edificari fecerint, vel per capellas auctoris, vel
 per quae volueritis monasteria, sedibus duntaxat
 episcopibus exceptis distribuere liceat vobis. Et ne apud ma-
 trem cuius voluntatibus, & praecipis exequendis semper
 praecipitissimus astatisti repulsum in parte aliqua, pia
 na patitur petio, tui quoq; regni praecipis eadem li-
 centiam concedentes, eodemq; illam privilegio & eadem
 aucte corroborantes sancimus, ut ecclesias, quas
 in Saracenorum terris iure belli adquisierint, vel in
 propriis hereditatibus fundauerint, sibi suisq; heredibus
 cum primitiis, & decimis propriarum duntaxat heredi-
 tatum, dummodo cum necessariorum administratione
 diuina in eis ministeria vice a conuenientibus personis

IN

celebrari faciant, et liceat retinere, vel quancumlibet
 in monasterio ditioni subdere. Tu autem serenissime
 rex, tuique posteris, et superni patris, et eius, quod
 tanquam specialibus filiis tantae prerogative dona vobis
 confert, semper memores matris, tales fieri laborate
 ut ipse in nullo abesse, sed iam memorati regis
 darcii piam per omnia conversationem sequente, et
 post momentanei regni gubernacula, feliciter ad regis
 regum perpetuo conregnaturi, pervenire mereamini con-
 sortia. Hanc ergo matris constitutionem perpetua
 cupientes stabilitate tenere, omnibus notum esse volumus,
 quod quisquis contra eam temere venire voluerit, totius
 christianitatis expulsus consortio, anathematis iudi-
 cio subiacet. Qui autem pia illam veneratione ser-
 vaverit, et aptius benedictionis gratiam, et aeternae vori-
 bicationis consequatur abundantiam. Am. Am. Am.




NE

Datum Romae decimo sexto kals Mai
 per manus Johannis sanctae Romanae ecclesiae
 diaconi cardinalis, et signaturis domini URBANI

pape secundi anno dominice incarnationis millesimo
 nonagesimo quinto indictione tertia, anno pontifica-
 tis eiusdem domini Urbani octavo.


Huiusmodi apostolicam concessionem in his tribus papyri fo-
 lio expressam, ego Raphael Domenee sacre, catholice
 regie maiestatis archiviarius, et scriba manus, per totam terram,
 et ditionem suam notum habere, Barcinone populatus sumptu
 ab eius originali in pergamena charta scripto, bulla plum-
 bea in filis sericis viridis coloris pendenti munita, in cuius
 parte una sunt scripta verba sequentia Sanctus Petrus, Sanctus Paulus,
 Et in altera Urbanus II. pp. de numero lxx. in sacro de-
 lra A aservato in primo armario negotiorum generalium regni
 Aragonum regni archivi, et legitime comprobati, et re ipsa
 plenior impendatur, cum rasis, et correctis in lincis xxxv.
 ubi legitur ac. lxxxv. ubi scribitur tere tua. folio primo
 meum, die octavo et Novembris, anno a nativitate domini m. d. lxxx.

hic appono



Ego Michael Perez domini regni Regi manus. Scriba Regi
 Procuratoriam in ptei Locumof guali cathalome Barcinone po-
 pulatu, Accedit quod supranominatus Raphael Domenee
 qui pte exemplum extraxit subignavit et clausit et
 subignavit archiviarius scriba manus. Et notarius publicus
 fidelis et legalis eius instrumentis et scripturis publicis
 in iudicio et fidei iudicia ab omnibus ad hoc tenentibus


Acte. In quorum & finonum present manu propria subscripsi
& Regio sigillo patris in posse meo existenti munivi. Per.
-mofonag an... cino Die octava mensis Novembris Anno inae
domini millesimo & ^{mo} Cigesimo



Richard Lee

Key: 832 n. 629 a. 1818

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Handwritten text in the gutter, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Traxumpo el del cubico de
La Bula de la S. de Urbano 2.